

autem hominis fuerit Combassonius, relinquitur conjectura; quis promoverit typum libelli, vidimus suprà N. 8.

CAPUT QUARTUM

De Citationibus Zachariæ Boverii tum Correcti, tum incorrecti.

Num. I. Connexionem Capitum, quam Statueram alias arbitriam, Modestus Verinus hic mihi determinat, de Citationibus Boverii, post Tractatum de huic non dissentiente Bonito Combasson, assumendis; ingressum enim pro Combassonio stans, ipse subministrat pag. 283. me ita excipiens: „ Tenerima Continuatoris „ conscientia, aliter circa Zachariam Boverium, „ & aliter circa Combassonium se gerit; Hunc „ Apostolicâ proscriptione, ac prohibitione con- „ fixum horret citare, etiamsi constaret, ipsum „ hinc inde sava, & Sancta Scripsisse: Econ- „ tra Boverium non correctum, quem in suo „ Dialogo part. 3. N. 44. à S. Congregatione „ damnatum, & in Dialogo 2do *damnata Le-* „ *ctionis* proclamat; hunc inquam non corre- „ ctum Boverium sine scrupulo citat, & quidem „ satisfreuenter: non, ut ipsum refutet, sed „ vel maximè, ut Epitomen Hierotheanam eò „ Sanctius pungat, probaque Charitate luggil- „ let, illique pretium, nescio quod in aliorum

,, aestimatione accersat. „ An M. Verinus hic forte de pretio Boveriano , quod in Indice Librorum prohibitorum taxatum est , Epitomi Hierotheanæ pariter accersendo dubitet , problema sit. Similia verba etiam pag. 159. & 245. facit , excepto , quod non satis fideliter addat Boverium inter *Damnatos Matarenis vinculateneri* : ubi loco similium verborum , debuissest probare , quod Annales Boverii non correcti , sicut & Boniti Combasson libellus non sint *damnata* , seu mortaliter prohibite *Lectionis* , sicut *Dialogus Cont.* dixerat.

Num. 2. Scias imprimis mi M. Verine ! me nunquam abhorruisse Combassonium in sanis hinc inde , & Sanctis , que habet ; à citatione autem ejus abstinui , quia [ut suprà audivisti] nec gloriosum quid , nec quidquam ex autoritate dicentis convincens ex Libro absolutè prohibito adducere potuisssem ; Sancta vero , & lana , quæ habet , etiam alibi inveniuntur ; Imò si talia in egregia forma , & copia habuisset in suo libello , utique S. Congregatio Schema Correctionis ejus edidisset , & expungenda assignasset : prout fecit respectu Annalium Boverii , à quibus poterant paleæ , manente tritico , separari. Qualiter autem minus verè , magisque callide dicatur , quod ego Boverium damnatum proclama- verim , vide suprà Cap. 3. N. 20. Nisi quod S. Congregatio in proclamatione me præveniens , id , quod ego dixi (scilicet libellum Combassonii ,

&

& Annales Boverii non correcti, esse damnatae,
& mortaliter prohibita Lectionis) prohibitione
publica Orbi Christiano proclamaverit. Quâ
ratione autem ego Boverium non correctum ci-
taverim (ut Scrupulum potius in Hierotheanam
conscientiam rejiciam) statim exponam.

Num. 3. Antequam tamen id faciam, vellem
interrogare: an ego Boveriam non correctum
citativerim ex fine mihi affecto, scilicet: *Non,*
ut ipsum refutarem, sed ut ipsam Epitomen Hiero-
theanam eo Sanctius (Sanctitate utique petitâ *ex*
textibus prohibitis cum textibus Epitomes com-
paratis) pungerem, probâque Charitate suggillarem?

Sanè, cùm R.P. Hierotheus Boverianis princi-
piis per omnia inhæserit, refutando in aliquibus
ejus Epitomen, refutare etiam volui Boverium,
saltèm incorrectum. Quia autem prædicta *Epi-*
tome Boverium non correctum in variis non ob-
scure visa fuerat imitari; Ità ego adversariâ ne-
cessitate ductus, Boverium pariter non corre-
ctum citare, & cum Hierotheana *Epitome* com-
binare, sicque quodammodo similem ad similem
ducere debebam: prout frequenter propositio
damnata adducitur, & dicto, seu asserto Ad-
versarii per argumenta adaptatur. Et hæc erat
mihi ratio citandi Boverium non correctum,
quam & R. P. Hierotheus, jam dudum antè
Discursus Polemici editionem, unâ cum suo
M. Verino legere potuisset in mea *Epistola*, quam
ab initio præcedentis Capitis totam adduxi, in

quo istam rationem quare satis exposui, nimirum: ut appareret, *Hierotheanam Epitomen expunctos Boverii errores quasi resuscitasse*; ut autem id clarius appareat (quia id absolute vis) procedamus ad illa.

Num. 4. Discursus Polemicus (fortè ut cinerem vitans, in prunas incideret) pag. 157. sibi ex meo Dialogo Cont. sic objicit: *Boverius vult, ac perorat, quod Capucinorum nomen divinā quādam ratione, ac consilio excogitatum fuerit.* Ad quod per sequentem mihi respondet invectivam: *Dic, Sodes! ubi hac in Boverio correcto leguntur? an correctum, & incorrectum in sacerda tua equipondium habent? an Viri, an publici Scriptoris est, incorrecta proferre, correcta supprimere: his orbare, ipsis mundum imbuere?* erubescere mihi sanè, si emphatica hæc tam in me, quam in ipsum contra me Oratorem viderentur quadrare. *Modestus Verinus eundem in Boverio correctum, seu expunctum, & in Epitome Hierotheana (salvo semper meliori iudicio) fortè adhuc corrigendum errorem in substantia repetit, & veluti retm in medio positam (licet ego illum, ut dignum erat, attigeram) intactum relinquit.* Quod, ut appareat, vertatur tantum unicum folium in *Discursu Polemico*: ubi pag. 159. per modum novæ Objectionis contra me solvendæ, sed, ubi responsione tangenda erat, non attractæ, de nomine *Capucini* sic legis: *Ori infantium nomen hoc de-*

super

super ingestum fuit; & hoc quidem satis fideliter ex meo Dialogo Cont. per ipsum allegatur: quia R. P. Hierotheus in sua Epitome pag. 264. de eodem nomine sic scriperat: *Quod infantium ori desuper ingestum nomen;* atque ego hoc cum Superiori errore Boveriano conjunxeram,

Num. 5. Nunc autem non amplius ego, sed cordatus Lector, secluso-partium studio judicet: Annon quoad substantiam idem, vel saltē omnino affine videatur: *Nomen hoc divinā quādam ratione, ac consilio est excogitatum,* quod incorrectus Boverius habet, & iustu S. Congregationis in alia editione expungendum erat; ac illud: *Infantium ori desuper ingestum nomen,* prout ad quandam imitationem habet Hierotheana Epitome; & ex ipsa hic repetit M. Verinus: quodenim venit *desuper*, & quidem tam speciali, & extraordinariā ratione, ut ori infantium *desuper* ingestum dicatur, hoc forte divinā quādam ratione etiam dici potest excogitatum, & econtra. Unde, si mihi moris esset, possem hīc eodem modo contra M. Verinum *Dic-Sediare*, sicut ille suprà contrà me: idque à potiori; nam si incorrectum eatenus imitari licuerit, cur non & mihi illud citare, & cum eo, quod forte corrigendum erit, combinare licebit? quadrat hīc illud S. Augustini Epist. 178. *Qui dispenit arguere, non faciat, unde alium nititur accusare.*

Num. 6. Dices tamen cum M. Verino, S.

K 5

Congre-

Congregationem Similia verba , ac expressio-
nes in Boverio non correxisse , sed intacta re-
liquisse ; prout in *Discursu Polemico* non dissimilia adducuntur ex ipso Boverio jam correcto ;
Videlicet , quod clamor ille puerorum procul du-
bio à Deo , qui linguas infantium docet , profe-
ctus intelligatur ... *appellatione quasi de Calo de-
lapsa* ; & quod in hanc sententiam conspiret
Author Historiae Romualdinæ , qui rem pau-
cis verbis attingit , ita scribens : *pueris post eos
acclamantibus Capucinos , eā acclamatione tale
illus nomen remansit , & ex ore infantium per-
fecta est laus.* Ad quæ respondeo : quod talia
verba , quia absolutè non procedunt , tolerata
fuerint , licet per hoc non positivè approbata ,
seu veluti inoppugnabilia judicata : per hoc
enim , quod ibidem dicatur *appellatio quasi de
Calo delapsa* , satis etiam à contextu excluditur
via extraordinaria , & supernaturalis : nam *qua-
si* sumitur pro ferè , & est adverbium similitudinis ,
quā & dici potest homo incedere , *quasi* Leo esset . Dictum in Historia Romualdina pa-
riter cum Hierotheana locutione absolutè non
coincidit , potestque illud : *ex ore infantium per-
fecisti laudem , similitudinariā exaggeratione
etiam in naturaliter evenientibus applicari , ab-
sque judicio sensū nimium mysteriosi . Tandem ,
quicunque etiam mihi in hoc non consentit ,
equidem fatebitur , quod ansam habuerim suf-
ficien-*

ficien tem, expunctum Boverii dictum citare,
ac cum Hierotheano asserto conferre.

Num. 7. Interim, dum R. P. Hierotheus narraverat, qualiter visis primis Capucinis pueri Camerinenses post ipsos clamaverint: *Capucini, Capucini*, subitoque per ipsum, pueris in infantes transformatis, ille idem nomen hoc ori infantiam desuper ingestum, absolutè edixerat, ego per parvam parenthesin, parvamque crisi addebam: *fortè sicut ori puerorum clamantium post Eliseum*; quibus verbis meis in octavo peccantibus, ut ea non nihil aggravaret M. Verinus pag. 160, illa citans addit: *Calve, Calve*; atque contra me sic procedit: „En quām bella consonantia puerorum de Bethel per „*Calve, Calve*, illudentium Eliseo prophetæ, „& puerorum (*quæstio est de infantibus*) qui Camerini post Neo-reformatores *Capucini, Capucini*, clamabant! En quām apta utrarumque rerum, seu Historiæ utriusque connexio! nomen, quod Camerinenses pueri Capucinis gaudenter, ac reverenter dabant, prosequitur nunc omnis ætas, percipitur in omni mundo, ac approbatur ab Apostolica Sede: at verò cognomen, quod à pueris Bethelenibus imponebatur Prophetæ, improbathodie mundus, ac exemplò castigat Deus. Allatum itaque simile, quamvis disconveniat ordine toto, convenit tamen quām optimè cum Apostoli verbo: *Charitas non agit*

„perpe-

, *perperam, non amulatur.* „ Ità M. Verinus.

Num- 8. Sanè , si etiam nomen hoc à puerorum petulantia (quæ ab infantibus abest) originem habuisset , & hoc non obstante sacra Familia Capucinorum [qui à Clemente VII. in Bulla *Cum sicut accepimus.* data 9. Aprilis 1534. *Fratres Caputiani appellabantur*] modicam hanc nominis mutationem assumpsisset , *Caputianorumque Congregationem* sese appellasset; equidem verum esset , quod nunc & *tale* nomen prosequeretur omnis ætas , perciperetur in omni mundo , & approbaretur ab Apostolica Se- de: nisi forte finxeris , sanctos talismodi Congregationis gressus , & progressus à nomine dependere. Ubi insuper adhuc posset aliquis querere , cur non & nomen *Caputiani* ori vel calamo Clementis VII. desuper ingestum dicatur ? Deinde si sacræ Cardinalium Congrega- tioni adeò displicuerit impositionem illius no- minis tam mysteriosam dicere , ut propterea verba superius allegata , & alia inferius alle- ganda jusserit in Boverio expungi: an ego tan- tum Mysterium subesse discredens (dum simi- le Mysterium aliis verbis de novo innuitur) sub dubio , & per adverbium *forte* possibilem puerorum petulantiani insinuans , ac minus propriè sic dictos quam optimè infantes cum Be- thelensibus non infantibus , sed pueris compa- rans , dicendus sim *perperam, & emulante Cha- ritate agere.* Profectò Observantes pro varie- tate

tate locorum, *Soccolantes*, *Calepodier*, & ut M. Verinus alibi retulit *Knodeler* nominantur, quæ nomina, possibile est, quòd à puerorum, vel aliorum puerizantium insolentiā originem habeant, & equidem à prædictis (sinè mysterio tamen) portantur satis honorificè. Legitur in nostris Chronicis de quodam (cujus mihi pronomen excidit, nec vacat inquirere) quòd partes infidelium ingrediens pueros habuerit (fortè insolenter) postclamantes. *Motonilia*, *Motonilia*; Unde [præsertim, cùm verbum hoc in illa lingua paupertatem denotaret, ipsiusque statui, & lacerato habitui satis conveniret] voluit deinceps dici, & etiam dictus est, à *Motonilia*.

Num. 9. Rursus eodem loco, quo supra objurgor, quòd allegaverim Boverium comparantem nomen *Capucinorum sanctissimo No. mini Jesu propter merita Crucis imposito*; ubi hác scel reprehensione ad me inclinat M. Verinus: *Sacra Congregatio hac Boverii verba jussit expungi*, *Continuator reproduxit expuncta*; quæ volente Româ sepulta jacebant, legentibus reviviscere facit *Charitas*, quæ foris pellit timorem. Ast omisit hic M. Verinus illa, quæ ego post allegata duo compuncti Boverii loca immediate addideram, scilicet: *non discordat ejus Compensator R. P. Hierotheus*, dum *Epitom.* pag. 264. inquit: *Quod infantium ori desuper ingestum nomen*. Imò ne verbulum quidem facit, de mea illa

illa Combinatione R. P. Hierothei cum Boverio incorrecto; cùm tamen in hoc meum potissimè staret argumentum, appareretque macula, vel saltèm suspicio, quam non tñgniter debuisset ab Hierotheana Epitome abstergere; præsertim dum mea se discussurum promittens, pag. 157. inquit: *Percipienda, quin & discussienda nunc veniunt, quæ Continuatoris Charitas bane circa materiam, partim Sarcasticè, partim minus verè, minusquo fideliter affert.* Fortè illa ipsius inadvertentia provenit, vel ex nimio fervore, quo mihi vellet Boverii incorrecti citationem obtrudere; vel nimis forti persuasione, quòd ego incorrectum Boverium non citarem, nisi (quemadmodum suprà dicebat) ut Epitomen Hierotheanam eò *Sanctius* oppugnarem: Cùm ego tamen potius intimam istorum duorum, quantum ad allegata, conjunctionem, atque affinitatem intenderim manifestare, satìs alienus ab utróque.

Num. 10. Ego interim bonâ fide præfatæ Combinationi subjunxeram: *Sanè in nomine non est ponenda Religio, præsertim illa RR. PP. Capucinorum, cuius cum laude prærogativa fundatur in ipsa re;* sicut nec Observantibus de suo nomine est gloriandum, et si illud per Universale Concilium dignoscatur esse impositum, & quidem ex ipsa Regula Observantia. Ast ultima illa verba mea, M. Verinum nonnihil videntur offendere; Unde pag. 161. sibi inde objectionem faciens

cians ad illa respondet: „Fratres de *Familia* id-
„circo per Concilium Constantiense insigniti
„sunt nomine *Minorum Observantium*, quia
„non cum Privilegiis, prout Minoribus Con-
„ventualibus permisum, ac solitum erat;
„sed absque his, ac Strictius Regulam serva-
„bant: hac itaque Fratrum Minorum speciali
„Familiâ possidente jam Regularis Observan-
„tiæ nomen, Pontificibus placuit Capucinis
„noviter in Ordine natis, qui strictius qui-
„busvis cæteris ipsam Regulam profitebantur,
„tum indulgere, tum attribuere nomen, quo
„verior, & antiquior habitus Minoritani
„forma, quam præter puriorem Observan-
„tiæ Regulæ resuscitaverant, ac præfere-
„bant, exprimeretur: Regulam quippe ad
„habitum Minoritanum ex se poscere Capu-
„tium eidem habitui absque Mozetta vel Sca-
„pulari assutum, in quæstione mox secutura
„probabitur &c. „Ego econtra puto, quod
superius de trita illa Cantilena tractaverimus
modò usque ad naufragium; Quantumcunque
autem derivationem hujus nominis à veriori,
& antiquiori habitus forma, unà cum puriori
Observantia resuscitata non capio (fortè equi-
dem aliis à me capiet) eam tamen libentius
concesserim, quām nomen illud ori *Infantium*
sustinuerim esse desuper ingestum. Non est
equidem, cur timeat M. Verinus, me Observantes,
qui conformiter ad sententiam Pontifi-
ciam

ciam Cap. I. N. 3. relatam, veriorem, & antiquorem habitū Minoritani formam possident, etiam nomen à tali antiquitate, seu forma Caputii derivatum sibi vendicare contendant: quia non agitur de nomine, sed de re significata, unde, dum Ciceroni nominis sui derivatio à Cicero objiceretur, respondit: *Quasi non ē nomen Fabiorum à Fabis, & Lentulorum à Lente haberi videretur.*

Num. 11. Secundam partem Objectionis, quam M. Verinus sibi ex me facit, constituit in hoc: *Capucini autem dicuntur à Caputio, sicut Petrus à petra.* De qua equidem comparatione quasi mea, nullam in responsionibus mentionem facit, fortè hæc ipsi non displicet, quia satis in Evangelio mysteriosa est. Ast mi M. Verine! ubi quæso talia verba assertivè prolatæ in meo *Dialogo Contin.* legisti? pro his quidem illum citas pag. 138. ubi quidem locus te non fallit, sed verba, vel tu fallis in verbis; nam si relegeris, invenis ita à me scriptum: *Interim per me liceat, tam mysterio ē dicere Capucinos à Caputio, sicut Petrus à petra.* Putaresne, me assertivè loqui, si dicerem: *Per me liceat nomen Capucini divinā quādam ratione excogitatum dicit;* quod quia Congregatio prohibuit, ego non intenderem dicere, nisi averlando, vel ut liberarer à vexa. Quidquid dixerit alius, ad cuius errorem ego me permissivè haberem.

Num. 12. Ulterius ob citationem Boverii
venio

venio Dic - Sodianus: nam M. Verinus pag.
244. sic de me scribit: „Deductur 3iò, Soin-
„niâsse Continuatorem nostrum, dura in Dia-
„logo suo pag. 59. N. 70. dixit: nisi velles sâm-
„niare cum Boverio, quòd sp̄ritus ille Obser-
„vantia, quasi per transmigrationem Pythago-
„ricam de Corpore Observantino transferit ad Ca-
„pucinos. At dic nunc sodes! an correctus,
„vel incorrectus; an in Apparatu, an in
„Annalibus? quo anno, & quo numero Bo-
„verius somnia tam inepita prouocerit? & quia
„neque numerus, neque annus, neque locus,
„in quo prostant, nominari valent, hinc
„valere, siue locum hic habere poterit, quod
„Augustinus in Psalmum 63. scripsit: *Verè*
„*tu ipse obdormisti, qui scrutando talia defecisti.*
Hæc M. Verinus, sed rogo, ne ad triumphum
nimis festinet, nam qui nimium properat,
tardiùs pervenit, & ut in proverbio est, *canis*
festinans, cacos parit catulos.

Num. 13. Imprimis patet ex meis dictis,
quòd non verba, sed sententiam Boverii, &
quidem ob rationes postea adducendas, non
correctam volui adducere. Ipsam autem,
quam intendebam sententiam, non ego so-
nniavi, sed ea in Boverianos Annales pro futura
correctione inciderat, & publicè se præsenta-
bat, prout unico verso folio, scilicet pag. 247.
ipsem M. Verinus & locum, & numerum,
qua à me nominari petit, assignat; imò usque adeò

lineam refert ibi : in demonstr. 11. num. 22.
 linea 14. & 15. expungatur: Ob communem Ordinis à Regulari Observantia lapsus, ac mollesces passim. Ubi, si juxta ipsum Ordo communiter à Regulari Observantia fuerit dilapsus, sive que hæc Communitatem, seu Corpus Ordinis deseruerit, & in ipsis (ut simul asserebatur) PP. Capucinis resuscitata fuerit; cur non posset sub quadam comparatione dici, quod Boverius contra rei veritatem fingendo, somniaverit, quasi Spiritus Observantiae per transanimitationem Pythagoricam de Corpore transferit ad Corpus: eò vel maximè, quod Odo aliquis, sive Observantia Regulari, sit veluti Corpus sive Spiritus; Retrahat proinde M. Verinus textum S. Augustini contra me citatum, sibique illum applicet per suum *Dic Sodes.* Nec non applicet illum defensæ à se *Epitomi Hierotheanae*, quæ in Corpore Observantino, obscuratum aurum, mutatimque colorem optimum allegans, necessitatem separationis primoruna Capucinorum tantam fuisse exaggerat, ut post imperataam separationem afferat, Familiana Capucinicam ex tunc, usque in hodiernum diem has cum Davide Deo posse dicere gratias: nisi quia Dominus adjuvit me, paulo minus habuisset in inferno anima mea. An autem ibidem, salvis suis contextibus per infernum intelligi possit, ac debeat sepulchrum examinabimus cap. seq. Videt interim cordatus Lector, quæ ratione, & motivo

motivo passum illum in Boverio expunctum, in suo æquivalenti citaverim; non ut *Sandiū pungere*; sed ut non obscuram expressionum prohibitarum imitationem, requisitus nonnihil exponerem; atque ut appareat, quod Annalium Boverii justa prohibitio, & expunction, Observantibus quidem satisfactionem dederit; sed non (prout S. Congregatio utique sperabat) à similibus evulgandis dictariis, scriptisque publicis omnimodam pacem; Ubi proinde non discordat dictum Cassiodori Lib. I. Variatum Epist. Epistol. 5. *Cogi debet, ut sit quietus, qui suo vitio renuit esse pacificus.*

Num. 14. Non frustrà etiam, sed ad hunc ipsum finem minus Charitativum, in *Epitome Hierotheana* adducebatur, & in *Discursu Polemico* (ut cap. præced. meminimus) ad ornatum universi repetitur: quod nulla Reformatio, exceptâ Capucinicâ, facta fuerit centenaria, quin passa sit relaxationem. Sanè observent sua Capucini, suaque observent & Observantes: Meo videri talis comparatio est odiosa; & nescio, an Recollectina Reformatio, quæ paulò ante Capucinicam (ut Reformatio præ-existentis Ordinis esset) non extrà, sed intrà Ordinem, ad priorem Regulæ Observantiam inter Observantes excrevit, & non minus multum dilatata est, talem mereatur censuram. Saltè statuta Recollectorum puram Regulæ Observantiam urgent, & defectus puniunt;

quæ proinde displicant, facta respiciunt, non jura; unde etiam facti experientia respondeat, & non ego: de iis enim, quæ tam inter nos, quam alios hinc inde inordinabiliter sunt, reddi non potest ratio congrua, prout ad similia objecta replicat S. Bonaventura in *Determinat.* Quæstion. Quæstion. 2.

Num. 15. Interim hæc Combassonii Censura ad publicum reperitur, & sic quisque suo arbitrio modulatur, qua accepit, quemadmodum de suo arbitrio composuit ille, qui tradidit, ut inquit Tertulianus de Praescript. contr. Hæret. ad quod etiam alludens Seneca Lib. 2. de ira. Cap. 9. ait: *Quisque sequitur priores malè iter ingressos: quid ni habeant excusationem, cùm publicā viā erraverint.* Nihilominus Recollecti suos confitentes nævos, labentēmque fervorem, sentiunt cum S. Bonaventura loco sup. cit. q. 19. dicente: *Omne, quod non habet esse à se, deficiendo deficit,* quapropter nec ipse Planetarum Syderum Rex maculis caret, quibus subinde nativus ejus splendor intercipitur. Quilibet ergo proprium pectus suum percutiat, non alienum: aliunde monente Scripturâ, Eccli. 11. de ea re, quæ te non molestat, ne certes: & quæ audire nolles, alteri ne dixeris; sed mitiget te illud Claudiani in Eutrop. Lib. 1. *Clementia cunctis in similes, animosque ligant consortia damni.* Non vertatur mihi proinde in malum, quod expuncta cum fortè expungendis, etiam in hoc passu, combinatorim.

Num.

Num. 16. Accusor insuper in *Discurs. Polem.* pag. 242, quod communicata per Typum Boverianæ correctionis exemplaria, vel needum legetim, vel speciem id nescientis assumpserim, dum in *Dialogo Cont.* pag. 21. scripsi, ex Boveriana Capucinorum Historia herbas Colocynthidas à mitioribus, & Zizania separari potuisse manente tritico saltē hinc inde sub paleis. Ad quod reponit M. Verinus, triticum in eadem historia non hinc inde, sed cumulatum, & uberum; non sub paleis, sed conspicue, ac ventilatum post adhibitam correctionem mansisse ... Deinde probando, quod incomparabiliter major in Boverianis Annalibus quantitas remanserit tritici, quam palearum, quas extra meum intentum sum pro illis, quae expuncta sunt. Et postquam Charitatem meam cognominaaverat obgannensem, dictum meum iteratō allegat: *Audistis*, quod Zatharias Boverius scripsérat Annales, seu Capucinorum historiam, in qua herba Colocynthida à mitioribus, & Zizania poterant separari, manente tritico hinc inde sub paleis *Dial. Cont.* pag. 21.

Num. 17. Imprimis Dominus noster Modestus Verinus hic Dialogum meum callidè & infideliter citat, ut ansam contra me tumultuandi apparenter inveniat: nam, ut Discursum ejus seorsim legentes, eò facilius deciperet, fidemque eis faceret, quod ego majorem quantitatem palearum, & Zizaniorum astruxerim, omittit in

utraq[ue] **Citatione** textū , adverbium *adibue* ,
sicut & expressum **Comma** , quod ego inter ly triticum , & tō saltēm ordinatē posueram , dicens :
Zizaniā poterant separari manente tritico , saltēm hinc & inde adhuc sub paleis . Prout in citato meo
Dialogo cullibet patere potest . Jam textu hoc meo
itā stante , nunquid cordatus Lector invenit con-
trarium illi , quod mihi suprà imponitur ? M.
Verinus mox Theologo unus anni me postpo-
nit , mox ad grammaticum pro mea Instruktione
remittit : Ego autem , quia ipsum suppono esse
Theologum , non ad grammaticum , sed ad
ipas sumi paulisper hic deduxerim grammatica-
les Regulas . Si separatis Zizaniis in Boveriano
opere maneat Triticum , saltēm hinc & inde
adhuc sub paleis , jam hinc & inde paleæ adhuc
sunt circa triticum , sicque illud hinc & inde non
appellat ad triticum , utpote à quo per interpo-
litum **Comma** separatur ; sed ad ipas appellat
paleas , quæ proinde in minori , quā in triticum
quantitate inveni biles asseruntur . Intellige à
simili : Si dixissem , in Religione quantumcum-
que reformata , Vigente Regulari Observantiā ,
hinc inde adhuc esse defectuosos ; posset quis
simili infidelitate , ac minus equidem subtili calli-
ditate , meam Veritatem invertet : veluti vigente
hinc inde solum regulari Observantiā , darentur
defectiosi , quasi in majori numero ; quæ tamen
inversio vix contingeret , nisi Dic - Sodianda
quædam Charitas omisso **Commate** , ipsum
etiam

etiam auferret adverbium *ad hoc*. Illi profectò, qui sic Ollæ vestigium in cinere turbato quærit, apponi posset illud Horatii: *Quis tibi consilium submisit inutile tandem Divorum, sanamque exemit pectore menem?* Si fallax hic etiam Calliditas non est operata: optandum equidem foret, ut, sicut pro oculis, ità & pro intellectu darentur spectula, vel conspicilia: nam quia hic de necessitate sibi ipsi speculum est, non raro decipitur: præsertim, si & requisitum oculis speculum, seu conspicillum non applicatur. Sanè litteras omittens aut truncans, aut lacerans falso reus est. Bast. in tit. ult. ff. de leg. Coenel. de fals. Et falsificans acta, cadit causâ. Blum. Pract. t. 51. N. 80.

Num. 18. Deinde, nec quidquam injuriosum, nec aliquid à veritate alienum continetur in superiori meo non falsificato asserto. Nam per Zizania ab Annalibus Bovetianis per S. Congregationem separata, intelligo ea ipsa, quæ tanquam expuncta refert M. Verinus, simûlque alia, quæ referre omisit, equidem post inquisitionem expuncta; ad quæ cum ipsa Purpurata Congregatio dignata fait vigilantem extendere Virgam correctoriam, ego non erubesco à M. Verino dici *Ludi-Magister*, ex eo, quod in ipsius iudicio *Ludi-Magisterialiter* dixeram, nomen Authoris scriptum fuisse inter petulantes. Per triecimum autem convenienter denotaveram illa, quæ in præfatis Annalibus S. Congregatio duxerat relinquenda: quia hæc autem Congregatio

intolerabilia solum offendicula è medio tollere assolet, absque eo, quod privatarum Historiarum veritatem, aut probabilitatem assumat in singulis perscrutandam; hinc paleas supra memoratotitico, non universim, seu pro majori parte, sed hinc inde adhuc adhaerentes, appellavi ea, quae passim adhuc in Boverio certepto fundatissime oppugnantur, & quibus S. Congregatio (quae & ipsa Mundum in suis Disputationibus relinquunt) non majorem intendit addere authoritatem, quam, quae ex natura rei, & facti inest. Et eur hic per paleas offendissem, cum & sub patearum nomine plurima legantur in nunquam satis laudato Decreto Gratiani? excepto tamen, quod hoc contradictionibus non scateat, quae paleae prorsus inutiles, & se se invicem destruentes sunt; quibus revera non caret Boverius etiam correctus, ut videre est in speculo Apologetico P. de Riddete, & in Apologia P. Hauzeur, &c.

Num. 19. Non absimili, parumque fidâ fidelitate Epitome Hictotheana me citaverat allegans me Boverianos Annales dixisse *absolutè damnatos* (NB. ex errore addideram: *Suspensos respectivè prohibitos: & damnatos*) & equidem ego in terminis addideram: *Donec corriganter*. Quæ sanè clausula non prohibitionem absolutam, sed conditionatam, seu suspensionem indicat. Ad hunc locum me impugnans M. Verinus pag. 244. dicit: „Quamvis autem hic novus Censor in

„ Con-

Continuatione sui Dialogi pag. 18. cruditati,
 & malesonantiae sui verbi, rocum alium ad-
 nitatur inducere, nihil aliud tamen inde re-
 sultat, nisi quod intelligentiores, ex effugiis
 ibidem quæstis probè capiant, agnitus ma-
 lesonans, quod ex calamo astiosius Chatita-
 tivo prosiliit, revocare, durum ipsi, inde-
 corumque videri, indéque & ipsum his prope-
 tangi, quæ Waddingus ad annum 1625. Num.
 16. scribit: *Æger animus ardori ingenito us-
 que adeo temperare non posset, ut indicta velit,*
qua dixit.

Num. 20. Nemo non videt ex dictis supra
 num. 1. me nonnullum errorem meum agno-
 visse, & in quantum requiri poterat, revocabile
 dicendo, me per terminum illum *damnato*, ni-
 hil aliud intendisse, aut intendere posuisse, quam
 Annales hujusmodi esse *damnata*, seu mortaliter
 prohibita lectionis, quod tanquam omnibus ve-
 rum, & publicum, centies repetere liceret. ni-
 hilque contra hoc assertur; immo hic est sensus
 genuinus, totius rei Veritati accommodatus, &
 quem intelligentiores probè capiunt, non ex
 effugiis provenire quæstis, sed ex consonantia
 sufficientis Charitatis, quâ (concurrente veri-
 tatis exigentia) scapham *scapham* appellamus.
 Verum in Discursu Polemico, Hierotheanæ Epi-
 tomes defensivo, non invenitur revocatum, ex-
 cusatum, aut inadvertentiae adscriptum, quod
 in citatione verborum meorum omisisset addere

id, quod ego expressius addideram, scilicet: donec corrigatur; sicque errore (etiam post exceptionem in 2do meo Dialogo factam) nec agnito, nec mentionato, invertitur meritò supra allegatus textus contra Adversarium, illique dicitur: *Eger animus ardori ingenito uique admodum temperare non potest, ut indicta velit, qua dixi.* Scilicet me locutum fuisse absolute, & sine claula, quod falso mihi impositum fuerat.

Accedit, quod ignoscendum adhuc fuisse, si M. Verius toram hanc rem involvisset silentio, Ast! reparatum nonnullum etrem meum, continuò veluti irreparatum adducens, sine fine pugnat: & equidem de Hisiotheana infideli, minùsque vera citatione tacere novit, sicut piscis.

Num. 21. Pro fine hic circa citationem Boverii notaverim, quod notat Author *Orbis Seraphici* Tom. 2. Lib. 10. dicens: *Cum Zaiherias Boverius de Capucinorum Origine, atque progressibus duos Annalium Tomos excrisperit, qui deinde per Decretum Sacra Congregationis Indicis, ad correctionem usque, subre suspensi; Anno tandem 1652. Sub innumeris Correctionibus fuerunt ab eadem S. Congregatione restituti; Cùm tamen Correctiones ipsa non fuerint usque hic suis locis adaptata, difficultimum est, licetum ab illico secernere, idèque applicatione maximâ laborandum.* Quid ille Author quidem scribebat Anno 1655. Observandum autem venit pro eo, quod M. Verius Correctionem Boverii tam modicam glorie.

glorietur esse factam ; quæ etiam reverè modicas censeretur , si non plura , quam ipse nimis parcè recitat , fuissent castigata. Fatoor equidem , me integrum corrigerorum Synoplin nuboquam vidisse; Nec M. Verinus mihi illam fuisse communicaturus.

CAPUT QUINTUM

De Citationibus S. Scripturæ , & de Cardinali Vitellio.

Num. I. Quamvis Justus non sim , nisi ea Justitiâ , quam peccator à fonte omnis justitiae deprecando desiderat : ero tamen accusator mei (in quantum opus fuerit) in principio sermonis. Modestus Verinus pag. 201. sibi ex me objicit sequentia : „ Dum P. Hierotheus dicit , quod „ nostra statua Observantinum Caputium gestet . „ primatum Ordinis à Capite statu , quam „ vis non velit , pro Observantibus asserit , ac „ quasi ex psal. 132. concludit : quod ipsi ceu „ Minores hierarchici sint , sicut unguentum „ in Capite , quod descendit in barbam ... & „ in oram Vestimenti. Dial. Cont. pag. 161. „ Ad quæ quidem respondendo me vix tangit , invehendo tamen pag. seq. ait : „ Ceterum , „ quod attinet allegatum propheticum textum „ sicut is inconvenienter , adeoque & irrever- „ renter adducitur . ac applicatur , ita nobis „ per